



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

98. Ex parabola Dispensatoris iniqui hortatur ad dandam eleemosynam, & docet, neminem posse duobus dominis servire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

cepit. Indignatus est autē, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illū. At ille respondens, dixit patri suo, Ecce tot annis seruo tibi, & nunquā mandatū tuū præterui, & nunquā dedisti mihi hædū vt cū amicis meis epularer: sed postquā filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suā cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatū. At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. * 98.

CAP. 98. Ex Parabola dispensatoris iniqui hortatur ad dandam elemosynam, & docet, neminem posse duobus dominis seruire. Luc. 16. * 97.

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

Dicebat autē & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autē villicus intra se, Quid faciā, quia dominus meus auert à me villicationem? fodere nō valeo, medicare erubescō. Scio quid faciā, vt cū amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantū debes domino meo? At ille dicit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionē tuā: & sede, citō scribe quinquaginta. Deinde alii dixit, Tu verò quātū debes? Qui ait, Centum corostitici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit

S. <i>Matheus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
--------------------	-------------------	------------------	---------------------

uit dominus villicū iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mamóna iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamóna fideles non fuistis: quod verum est, quis credat vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mamónæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisei qui erant avari: & deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deū. Lex & prophetæ vsque ad Iohannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. * 99.

CAP. 99. *asseritur contra Pharisæos indissolubile matrimonij vinculum. Mat. 19. * 74. Mat. 10. * 74. Luc. 6. * 58.*

S. <i>Matheus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
--------------------	-------------------	------------------	---------------------

ET accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam, quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legitis, quia qui fecit ab initio masculum Si du-

OMNIS qui dimittit vxorem suam, & alteram

S